

Ann. IX.

ROMAE, Kal. Ianuarii M DCCCCVI.

Num. I.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;  
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo  
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



## Subnotatio fieri potest:

### IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA"

VARSIAE POLONORUM  
Rakowskie Przedmiescie, 15

### IN ÁNGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSIAE POLONORUM  
Krakowskie Przedmiescie, 6.

### IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET  
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.  
28, Orchard Street.

RATISBONAE in BAVARIA.

### IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL  
1699, Rue Notre-Dame.

## RERUM INDEX

Sociis et lectoribus Commentarii nostri humanissimis.

Novum Norvegorum regnum.

De Poesi. - I. Poeticae facultatis origo.

Magi venerunt ab Oriente ...

Quinam et unde Magi?

Coloniensis Ecclesia Cathedralis, Magorumque sepulcrum.

Ex Hispania. - De musica sacra apud Hispanos.

Colloquia Latina. - Iactus lapidum aut discorum ad metam.

Grammaticae quaestiones.

Acta Pontificia. - I. SS. D. N. Pii divina providentia Papae X epistola ad Archiepiscopum et Episcopos Poloniae quae Russico Imperio paret. - II. SS. D. N. Pii PP. X allocutio habita in Consistorio d. XII mens. Decembr. M DCCC V.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Diarium Vaticanum. Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones.

Annales: Russicarum rerum eversio. - Turcarum remissio. - Mauritanae res.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Per Orbem.

Libri recens dono accepti.

Fabulis Ioannis La Fontaine latine versis tributae laudes.

Aenigmata.

Epistolarum commercium.

## ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M DCCCC VI

## SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptum aestimatio fiet.

In Italia:  
Lib. 6,25, D

## SOCIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

**SATURIO,**

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.

Anno VIII v  
bono alite non in  
ram sine ulla ost  
sumus, futuraqu  
bus verbis atque  
de more alloquu  
reiterare iuvat,  
cesserint, tum e  
tum propositi m  
monstrant.

*Vox Urbis* itaq  
ea erit, quam q  
voluerunt: com  
non unum Urb  
sed omnem cult  
eaque omnia qu  
centro, animos u  
tibus amice cum  
valeant. Disputa  
populos aliquo r  
ad bonas artes,  
losophicis ad soci  
apud nos hoc e  
simul nuncii, sig  
quae tum circa  
gloriamur, tum d  
dignos, in varietate  
taxat et unum o

In iis pariter  
corum sociorum  
eulorum scilicet  
quasi in parva t  
stylo, descriptio  
logis, argumenta  
tractentur, unde  
atque alere. Ali  
quae ex proximo  
nico ludo, dici  
rientia laude dign  
diebus raros fact  
sertim alumni ag  
supremum, ut lati  
dicunt, reducatur  
imo etiam propri

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italianam:  
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## Sociis et lectoribus

## Commentarii nostri humanissimis.

Anno VIII vitae nostrae labente, quam bono alite non inutilem quidem neque indecoram sine ulla ostentatione praedicare iam possumus, futuraque prospicentes, non grandibus verbis atque promissis, socios lectoresque de more alloquuntur, egemus: quin etiam ea reiterare iuvat, quae quum in consuetudinem cesserint, tum eorumdem sociorum favorem, tum propositi nostri firmam voluntatem demonstrant.

*Vox Urbis* itaque in annum quoque M DCCCC VI ea erit, quam qui ei tam liberaliter favent voluerunt: commentarium menstruum, qui non unum Urbis augustae matris sermonem, sed omnem cultum et humanitatem referat, eaque omnia quae inde, veluti ex radiationis centro, animos usque a longissimis orbis partibus amice cum genitricis animo coniungere valeant. Disputationes igitur, quae plerosque populos aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones suum locum apud nos hoc etiam anno invenient, atque simul nuncii, significationes, et documenta, quae tum circa catholicam rem, quam tueri gloriamur, tum circa eventus peculiari nota dignos, in varietate quamquam, *simplex dumtaxat et unum* opus reddant nostrum.

In iis pariter persistemus, quae non paucorum sociorum desiderium explerunt; articulorum scilicet seriem persequemur, ubi, quasi in parva tabula, simplici eoque facilis stylo, descriptionibus, narratiunculis, dialogis, argumenta vitae maxime communia tractentur, unde liceat colloquia latine inire atque alere. Alia denique comparavimus, quae ex proximo numero aggrediuntur; scenicos ludos, dicimus, tum novos, tum experientia laude dignos satis probatos nostrisque diebus raros factos, quos collegiorum praesertim alumni agere valeant. Ita finem illum supremum, ut latinus sermo universalis, prout dicunt, reducatur, non modo obliviscemur, imo etiam propius prospiciemus.

\*\*\*

Quod autem ad administratorem spectat, is non modo immutatum reliquit pretium subnotationis, quod est in Italia lib. 4,80; ubique extra Italianam lib. 6,25 (doll. 1,25; sch. 5; march. 5; rubl. 3; cor. 6,25); sed, ad magis magisque commentarium vulgandum curis creditum suis, rationes vere favorables renovat, quae sequuntur:

**Si quis socios novos duos comparaverit, pretiumque eorum subnotationis miserit, subnotationem gratis omnino sibi habebit;** eoque bono gaudere poterit ipse subnotator novus, qui, sua vice, eadem gesserit. Quum iste scilicet socios alios duos nobis acquisiverit, facultas ei erit non duorum pretium, sed unius tantum mittendi, atque alterum faciendi suum, ut pretio pro subnotatione iam ante missa sese resarciat. Neque eum pudor teneat novos subnotatores de favore ipsi concessu aliquo modo certiores futuros: hi enim receptionis schedulam, veluti si pecuniam directe per se miserint, regulariter accipient. Haec una conditio, ut novi hi subnotatores intra menses duos, a propria cuiusque subnotatione decurrentes, requirantur, utque omnia ad Aristidem Leonori equitem (Romam in Italia, via Alessandrina, 87) recto tramite mittantur.

\*\*\*

Ea simul concedere iterum voluit, quae paene incredibilia superiore anno videbantur; ut nimurum commentarii *VOX URBIS* socii e loco domicilii sui in Urbem, atque inde in domicilium suum reverti gratuito possint. Id iis paratum manet — bibliopolis, uti patet, exceptis — qui ante Iulium mensem an. M DCCCC VI sexaginta novas subnotationes collegerint earumque pretium integrum ad administrationem miserint. Societati itinerum notissimae Cook et Son

munus commissum; ea, ubi primum a nobis certior facta erit, epistolarum commercium cum socio inibit, omniaque disponet ut is nullo impendio ab *Europae* loco ubi vivit Romam usque, atque Roma in domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus, iter aggrediatur. Estne difficile nimis sexaginta socios novos comparari? En rursus benigne succurrit administrator: qui triginta tantum collegerit, dimidiatum pretium itineris habebit.

\*\*\*

Novum contra, idque pro certo gratissimum praemium omnibus offert qui, eiusmodi curas negligentes, ante expletum Februarium mensem an. M DCCCC VI subscriptionem suam fecerint aut redintegraverint pecuniamque regularitermittant. **Voluit enim ut eorum quisque ipse se dono afficiat, decimam partem retinens pretii tum in Italia, tum apud exteris gentes pro subnotatione constituti;** idque cavit tum in sociorum commodum, tum etiam exemplo doctus, non semper liberam fidem artificibus omnino praestare licere, circa tempus praesertim quo demandatum sibi opus tradant. Hac enim unica causa factum est ut superiore anno imago heliotypice expressa Pium X Pontificem referens sacris ad solemnia indumentis ornatum atque benedicentem sero nostro cum moero ad socios mitteretur.

\*\*\*

Haec in novum annum *Vox Urbis* edicit; ipsa, uti assolet, promissis stabit; vos, o socii et lectores, pro vestra humanitate, quam exploratam habemus, ulterius favete, fidemque vestram servate.

## NOVUM NORVEGORUM REGNUM.

**P**AETIO Carlopoli in urbe, octavo kal. Octobris signata nuper a popularibus tum Sueciorum tum Norvegorum legatis rata habita, foedus latum sexto Idus Iulias a. MDCCCV inter duos populos in unum regnum coactos omnino abstulit; iamque, Suetiis Oscarium regem retinentibus, Norvegi Carolum, Danorum principem, quem suum elegerunt, sollemni pompa in thronum collocaerunt, illud renovantes, quod a media usque aetate proprium habebant. Ipsi enim ad exitum saeculi XIV suos reges habuere; postea vero iure haereditatis Danis regibus accesserunt. Anno tamen MDCCXIV, post magni Napoleonis occasum, Danorum regem, huius socium, sua iura de regno Norvegio abdicare oportuit. Tunc Eisvoldium ad urbem ex omnibus regni provinciis legati convenerunt prope Christianiam, ibique legem de libertate populi sui tulerunt, atque rempublicam suam constituentes, optimatum ordinem privilegiaque abrogarunt, civitatisque consulatum iam tum Danorum regis filio dedere. Verum contra populi iussa, Russi, Borussique, Angli et Austri, qui Napoleonem vicerant, decreverunt ut Suetiorum regi, pro adempta Finlandensium terra, Norvegorum regnum offerretur. Rex autem proditor quasi exstiterat benefactoris sui Gallorum Caesaris, qui, si Norvegorum quoque principatum obtinuit, Einsvoldensibus statutis iurare fidem debuit, ita ut suas leges Norvegi asservaverint, ac, si dempseris regiam auctoritatem, in libertate manserint.

Gestorem negotiorum cum finitimis populis novum nune oportet Norvegos creare. Nam ab anno usque MDCCCCIV decreverant Norvegi gestores suos per varias gentes habere, (consules vocantur), qui sua ibi commercia propugnarent. Vetus vero Oscarius rex, ut alias notavimus; resque prope ad arma redacta est, quum tandem a sua rogatione Norvegi recesserunt. Discordia tamen ea ex die oborta ad hodiernam usque decessionem paulatim erexit; sine sanguine tamen, ut Norvegi voluerunt, sed pacifice perfectam.

Norvegorum ingenium revera populare dicendum; qui ab anno usque MDCCXXI, optimates aboleverunt: mox de pueris ludo eruditis publico legem tulere primique arbitrales indices de contentionibus inter gentes in Europa acceptilarunt. Sunt tamen et ibi factiones, altera auctoritatis, altera libertatis, alia denique socialistarum, quorum sectatores quotannis crescunt. Magis vero huc usque potuerunt libertatis fautores, qui iam secessionem a Suetiis voluerunt, atque proprium vexillum, quod Nansenius etiam navi sua Franciae celebrimae imposuit: modo ad novas tendunt oeconomicae rei ferendas leges. Diaria eorumque scriptores, graves hi quidem in Norvegia et plerumque veraces, plurimum possunt; qui enim diurni commentarii olim septem fuerant, medio XIX saeculo ducenti, hodie quadringenti supra millia dinumerantur: quae si eum parvo totius populi numero comparentur, haud ferme pauca videbuntur. Et plane nonnulli diariorum usque ad XX millia exemplaria quotidie effundunt, ut *Verdens Gang* illud, cui Nansenius primum telegrapho Tromsöe ex litore seripsit.

Est autem Nansenius idem una cum Bjoernsternio atque Ibsenio scriptoribus doctorum princeps illius gentis. Ibsenius multum sua vitae tempus in Italia degit; quinimo Sigurdius filius eius doctor Romae renuntiatus est. Bjoernsternius, licet septuagenarius, viridi valitudine vivit; Italianam nostram et ipse summopere diligit, ubi superiori aestate Montelaurentii ad oppidum rusticatus est, tribunus item atque orator Norvegorum celeberrimus. Nansenius denique itinere suo hyperboreo omnibus notum non est quod ultra commoremus.

Hae gloriae Norvegorum; haec nova eorum fata maturantur.

## DE POESI

## I.

*Poeticae facultatis origo.*

**A**NTEQUAM ad illos veritatis fontes acceda-  
mus, e quibus recta de poeticae facultatis  
primordiis notio dicitur, graecorum poetarum  
sententias expendere iuvat, quae licet mythicis  
commentis involuta, aperte tamen declarant,  
quaenam de poesios origine mentibus eorum in-  
sedit opinio. Nulla ars eorum indicio sanctior,  
nulla maioribus sacra mysteriis, quam poesis,  
quae Deos iactat auctores, primosque vates cum  
diis permisit. Apollinem enim artis huius pa-  
rentem, et Mnemosynem novies foecundam Iovi  
superiorum artium tulisse sunt fabulati. In-  
strumenta quoque, quibus cantus consociatur,  
a Diis reperta, primosque in usus deducta af-  
firmarunt: vocat enim venusinus vates Mere-  
rium *curvae lyrae parentem*, eoque magistro  
Thebanum Amphionem ad lyrae tactum ear-  
mina modulatum. Pani sylvestri numini primas  
impares arundines cera coniunctas tribuit Maro:

*Pan primus calamos cera coniungere plures  
Instituit; Pan curat oves, oriumque magistros.*

Ipsi quoque mortales, qui eorum opinione primi  
carmina meditari coepérunt, a diis procreati  
efferuntur. Sic de Lino, et Orpheo memoriae  
proditum est,

*. . . Huic mater quamvis, atque huic pater adsit,  
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.*

Plato etiam, Tullii opinione, divinus poetas iden-  
tidem appellat deorum liberos, atque interpretes. Me non fugit, haec poetarum fuisse com-  
menta. At enim sapientissimus ille iurisperitus  
parthenopaeus, naris sane emunctae in rebus  
poeticis, Ioannes Vincentius Gravina, Petri Met-  
astasii institutor et auctor, affirmit, omnesque  
cum eo critici contendunt, sub fictitio fabula-  
rum velamine non dubiam veritatem latere.  
Veteres enim philosophi, ut morem hominum  
ingeniis gerent, quorum oculos vividus veri-  
tatis fulgor perstringebat, fabellas huiusmodi  
exogitarunt, quo facilius id, quod optarent, as-  
sequerentur. Nos vero rem philosophica disqui-  
sitione vestigantes, quod fictum est, reiiciamus,  
quodque veri notas praefert, intueamur: sic  
sine labore inveniemus a graecis et latinis  
divinam poeticae facultati originem fuisse tri-  
butam, Deumque adeo sublimis artis fuisse  
auctorem.

Sed alia longe firmiora, et puriori e fonte pro-  
fecta argumenta in medium proferamus, quae  
nostrae pondus sententiae adiungant. Quoad re-  
motissime potest mens nostra anteacti tempo-  
ris monumenta, quae ad hanc aetatem usque  
pervenerint, intueri, sacram huius facultatis  
originem inveniemus. Prima carmina, quae in-  
ter homines celebrata fuisse constat, eequos  
praeseferunt sensus, cui dicata, eius laudes  
persequuntur, quae vatum animos vis agit?  
Extra omnem dubitationis aleam situm est, hi-  
storicasque firmatur monumentis, primum ear-

men, quod eeteris lo-  
exstat, hymnum illu-  
in ripis, hebraeus pop-  
rum internecone, su-  
piarum victori perso-  
quid religioni magis-  
test excogitari, qua-  
post homines natos v-  
populi multitudine in-  
referre acceptam? I-  
grave illis videri, qu-  
religionis praesidia s-  
poeticae facultati de-  
adnituntur. Nec vos  
torum segete instrue-  
infirmandam fidem ve-  
inter quos tempore po-  
Dupuis agmen impio-  
impudentissimae dia-  
Sed lubitu suo homines  
quam enim neque calu-  
piorum, falsa haec vol-  
ticiae facultatis laus s-  
eabitur, non inania  
exogitas ad fallend-  
tiunculas, non hominu-  
gestas, sed veri numin-  
centu primitus persec-

At obiicit et quis. Pri-  
stis fuit: pastorum igit-  
vero Deum prima car-  
tro damus, quod indu-  
primos homines in agr-  
que inficiandum est, lo-  
noribus euris distentos  
cupiditatibus, campest-  
nes condidisse. At quae-  
concessis, probari potes-  
rusticae celebrandae fu-  
afferant monumenta, si  
enim illa volumina, qua-  
anctoritatem, rem alite-  
hue accedit non tenuis  
sapienibus viris in vul-  
expendi. Quum campest-  
turnae, et assiduo usu pe-  
tem quidem ipsis venir-  
petuo carmine celebrare  
coetus satis crevere, or-  
seque oppidis, moenibus  
ad campestrem vitam ex-  
in qua minores molesti-  
tabant. Neque id mirum  
sumus natura comparat-  
in praesentiarum utimi-  
absunt, eadem assequen-  
Iamvero mirari desinan-  
cum religionis initis e-  
ipse canentium animos  
afflaverit, eorum menti-  
futuri eventus ambages  
qui aut Dei momentis e-  
praenuntiabant, aut tan-  
cladem minitabantur, a-  
rant, persolvebant, nonne  
buere? Evolvite Ezechiel  
Osee, aliorumque modos  
remiae eiulatus, Salomonis  
Davidis vota, preces, o-  
nonne omnia sanctissimi-

ESI

atatis origo.

atis fontes acceda-  
poeticae facultatis  
aecorum poetarum  
quae licet mythicis  
tamen declarant,  
mentibus eorum in-  
iudicio sanctior,  
teris, quam poesis,  
mosque vates cum  
im artis huius pa-  
ies foecundam Iovi  
sunt fabulati. In-  
autus consociatur,  
us deducta af-  
sinus vates Mercurii,  
eque magistro  
yrae tactum car-  
stri numini primas  
etas tribuit Maro:

ungere plures  
unque magistros.

um opinione primi  
a diis procreati  
Orpheo memoriae

huic pater adsit,  
us Apollo.

virus poetas iden-  
s, atque interpre-  
arum fuisse com-  
s ille iurisperitus  
nunetae in rebus  
ravina, Petri Me-  
firmat, omnesque  
b fietio fabula-  
veritatem latere.  
morem hominum  
los vividus veri-  
bellas huiusmodi  
quod optarent, as-  
losophica disqui-  
n est, reiiciamus,  
intueamur: sic  
raecis et latinis  
ginem fuisse tri-  
mis artis fuisse

uriori e fonte pro-  
roferamus, quae  
ngant. Quoad re-  
anteacti tempo-  
e aetatem usque  
huius facultatis  
arma, quae in-  
constat, equos  
ta, cuius laudes  
himos vis agit?  
m situm est, hi-  
tis, primum car-

men, quod ceteris longe antiquius apud nos exstat, hymnum illum fuisse, quem Erythraei in ripis, hebreus populus sospes ab Aegyptiorum internecione, summo numini hostilium copiarum victori persolvit. Quid sanctius fingi, quid religioni magis, et pietati consonum potest excogitari, quam gloriam adeo inclytae post homines natos victoriae Deo impertiri, ut populi multitudine innumerabilis salutem illi referre acceptam? Non diffiteor id nimium grave illis videri, qui labefactare firmissima religionis praesidia student, et hanc laudem poeticae facultati denegare pro aris et focis admittuntur. Nec vos latet, quanta argumentorum segete instructi ad horum voluminum infirmandam fidem veteratores illi surrexerint, inter quos tempore posterior, perversitate prior Dupuis agmen impiorum agens, omnes suae impudentissimae dicacitatis habendas effudit. Sed lubitu suo homines stultissimi latrent; numquam enim neque calumniis, neque dicteriis impiorum, falsa haec volumina revincentur. Poeticae facultatis laus semper feretur, et praedicabitur, non inania Deorum commenta, non excogitatas ad fallendas horas fabellas et canticularas, non hominum licet fortissimorum res gestas, sed veri numinis laudes suo esse concentu primitus persecutam.

At obiicit quis. Prima hominum vita agrestis fuit: pastorum igitur vitam, moresque, non vero Deum prima carmina commendarunt. Ultra damus, quod indubius firmatur argumentis, primos homines in agris vitam traduxisse: neque inficiandum est, longe laetiores dies, minoribus curis distentos, neque tot exagitatos cupiditatibus, campestres illos rudesque homines condidisse. At quaero, quonam pacto, hisce concessis, probari potest prima carmina vitae rusticae celebranda fuisse dieata? In medium afferant monumenta, si possunt: antiquissima enim illa volumina, quae obtinent fidei divinae auctoritatem, rem aliter se habere confirmant: hue accedit non tenuis ponderis ratio, quam a sapientibus viris in vulgus editam non semel expendi. Quum campestres voluptates erant diurnae, et assiduo usu perfamiliares, ne in mentem quidem ipsis venire poterat, easdem perpetuo carmine celebrare. Quum vero hominum coetus satis crevere, ordines civium constituti, seque oppidis, moenibusque cinixerunt, animum ad campestrem vitam exoptandam converterunt, in qua minores molestiarum moles inesse putabant. Neque id mirum videri debet: ita enim sumus natura comparati, ut commoda quibus in praesentiarum utimur, aspernemur; quum absunt, eadem assequendi desiderio laboremus. Iamvero mirari desinamus, poeseos primordia cum religionis initis commisceri, quum Deus ipse canentium animos divino quadam spiritu afflaverit, eorum mentibus arcana retexerit, et futuri eventus ambages aperuerit. Ipsi illi viri qui aut Dei monentis consilia hebraeo populo praenuntiabant, aut tantis debitam sceleribus cladem minitabantur, aut vota, quorum rei erant, persolvebant, nonne poeticos numeros adhibuere? Evolvite Ezechielis, Isaiae, Danielis, Osee, aliorumque modos, Iobi querimonias, Ieremiae eiulatus, Salomonis effata, pientissimi Davidis vota, preces, et gemitus expedite; nonne omnia sanctissimis ornata sententiis, vi-

vidis distincta coloribus, spirantibus adeo expressa imaginibus, ut, qui in orientalis poeseos natura sit novus, omnem praetergredi modum videantur? Silentio praetereo, et facile patior sileri tot graecos, et latinos religionis nostrae vindices, et adsertores, qui maiorum vestigiis ingressi, summi numinis praeconium carminibus commiserunt. Missos facio Nazianzenum, Damasum, Paulinum, Prudentium, Thomam, Bonaventuram, qui poeticam facultatem ad sacros hymnos deduxerunt, ut non sine laude maiores nostros fecisse non ignorabant. Quapropter iure optimo divinus ille Plato rem sacram poesim esse, neque quempiam, nisi Dei numine afflatum, posse carmina modulari contendit, quum ab eo velut auctore, et parente omnis poetica ratio ducatur.

A. ANGELINI.

*Magi venerunt ab Oriente....*

*Cernitis? coelo rutilans Eoo  
Extulit sacros noxa stella cultus,  
Atque divinae sobolis supernum  
Nuntiat ortum.*

*Ecquid, o Reges, dubio morantes  
Volcitis curas animo? timorem  
Ponite incertum, atque alacres amica  
Linquite tecta;*

*Sive facturi per inhospitales  
Montium tractus iter, impeditas  
Sive per silvas ubi rara monstrat  
Semita calles;*

*Ite; nam flexum ancipitem viarum  
Sideris cursus reget auspiciatus:  
Ite; non merces veniet ferendo  
Parva labori.*

*Quid loquor? tectis patriae relicts,  
Dirigunt, astro praeeunte, gressus;  
Iam tenent Bethlem subeunteque tecti  
Limina reges,*

*Foeno ubi fultus latus immerenti  
Molle divinus recubat puerus,  
Pulca cui blandum roseo renidet  
Gratia vultu.*

*Ecce procumbunt genibus minores,  
Rite et infantem prius adprecati  
Fervidis votis docilem beato  
Munere donant.*

*Lapse stellatis, puer alme, regnis  
Gentis humanae reparare casus,  
Debitos, quamvis videare vilis,  
Excipe honores.*

*Iure se canis humiles, tibique  
Principes sternunt, merito potenti  
Dextera sceptrum et diadema summo  
Vertice ponunt.*

*Tu casa natus, puer, exoleta  
Gentium assuesce imperitare regnis;  
Imperi fines domito explicabis  
Latius orbe.*

*Sub tua Euphrates Tanaisque iura  
Defluet, septemgeminusque Nilus,  
Indus et centum tumidae triumphis  
Tibridis undae.*

*Te colet unum populi, taumque  
Gestient longe resonare nomen  
Aurea qua sol oritur quadriga  
Quaque recumbit.*

CAES. DE ANGELIS S. I.

*Quinam et unde Magi?*

**M**AGORUM verbum quid sibi velit non ex eius notatione inquirimus, sed ex communis sententia, qua notum est maleficam quamdam artem significare, sive diabolicam superstitionem aut divinationis cultum, aut occultarum rerum scientiam vel perabditam prodigiorum peritiam, eamque obscenis ritibus permixtam et impiis. Itaque alias utuntur eo verbo Scripturae, praecipue in veteris testamenti libris. Quae quum ita habeantur, legitimum est investigare quinam illi fuerint Magi, de quibus S. Matthaeus in Epiphaniac festo enarrat.

Hos quidem et mendaces idolorum cultores et infernalis disciplinae artifices nonnulli etiam interpretantur, sed huiusmodi accusationi nullam afferunt probationem. Quinimo quum Evangelium Matthei primum aramaico sermone ab eo fuerit exaratum, quod nunc desideramus, verbum ipsum quo usus est Mattheus nemo est qui sciat, atque ita num recte fuerit in aliam linguam translatum. Quamobrem illos credere possumus et doctos fuisse et sapientes viros, caelesti praesertim disciplina peritos, magnique imperio praeditos, ut semper hactenus Ecclesia tenuit.

De vulgi autem opinione, qui eos reges fecit non omnes Sacrarum Scripturarum interpretes idem sentiunt; huiusmodi enim traditio non ultra sextum ecclesiae saeculum duxit origines; nam vetustissima monumenta de ipsorum regno silent omnino. Quin etiam Mattheus, qui Herodem vocat regem, Magos tamen eo titulo numquam appellat, quod praesertim ad Iesu pueri gloriam alias non neglexisset. Et profecto quomodo regulus ille Herodes eos clam ad se vocavisset et sua iussa imposuisset? Quomodo Magi reges tulissent iniuriam? Aut quo animo, nisi Angelus alias monisset, ad Iudeorum regulum rediissent enarraturi locum ubi esset puer? Quibus dubiis concordant veteres coemeteriorum picturae, ubi numquam Magos regis habitu conspicuos vidimus.



De patria eorum nulla pariter notitia: nam « orientem » tantum Evangelium adnotat, quod de omni regione trans Palaestinam aequo intelligitur. Sed vetustissima traditio certo assertit Hebraeos eos non fuisse; alias enim non quae siissent ubinam puer esset natus « rex Iudeorum », nec Herodem regem honoravissent. Afros eos nonnulli dixerunt, ali i Aegyptios, ali Dama-

seenos; sed quo pacto regiones illae ad orientalia Iudeorum limina referantur? Melius alii Persas vocant, quorum sententiam ipsum Magorum nomen probat, quo Persarum quoque satrapes significantur, et pilei forma, qua pileati vetustissimis in tabulis Magi apparent.

Sed Magorum patriam Chaldaeam vel Babyloniam fuisse credunt quoque multi; alii autem Arabiam et Mesopotamiam, quas sententias ut probent multa afferunt verba Scripturarum, de Chaldaeorum sapientibus, de auri, incensis mirrae fructibus eas per regiones copiosis; quae tamen singula in tanta dissensione sunt, ut passim in adversam partem hinc pariter et inde a scriptoribus trahantur.

Nos vero dum Persarum sententiae magis accedimus, reliquas in perardua quaestione non reieimus omnino, quia tum Orientis partes pro Syria, Armenia, Arabia, Mesopotamia passim in Scriptura usurpantur, tum quia ignorare nos fatemur haec tenus, quibus reapse verbis suo in manuscrito eas regiones Matthaeus designaverit, quae « a partibus orientalibus » latine ex graeco volumine sonant. Si quis vero dicat reges proxima ex aliqua terra venisse oportere, quippe qui iter octo vix dierum compleverint, probe fallitur, quem recens investigatio probet, eos nonnisi post annum a Christo nato Betlehem adventasse. Rem quidem Ioseph Nogara, docto in Munito seminario, exposuit, qui Magos Betlehem non prius pervenisse demonstrare contendit, quam Maria templo Iesum obtulerit seque purificaverit.

Inde series factorum de Nativitate Iesu hisce emendanda appetit: puerum octavo kalendas Ianuarias natum, kalendis ipsis circumcisum fuisse; quadragesima vero ab ortu die purificationem Virginis esse celebratam, post quam, ut Lucas narrat, sacrosancta familia Nazareth migravit. Inde, domesticis rebus dispositis, Betlehem rediit, ubi, anno exeunte, vel primo insequentis tempore, puerum Magi adoraverunt. De ipsa tamen die visitationis nihil certum videtur; sed nondum alter ab ortu Iesu diffluxerat annus cum Herodes rex iussit « secundum tempus quod exquisierat a Magis » pueros Betlemitas a bimatu et infra enecari. Nonnulli kalendas Maias anni DCCXLIX post urbem conditam tenent, alii diem ortus anniversariam; multi octavo idus Ianuarias, uti mos invaluit festum celebrandi. Sed animadvertisendum est Orientis populos Magorum adventum ipsa Nativitatis die celebrare, quod pariter primis Ecclesiae temporibus cantum accipimus, quod et in tercia Missa de Nativitate Evangelium quoque comprobatur.

Octavo autem idus Ianuarias non una Epiphaniam sed et Baptismum Iesu, et Nuptiarum miraculum commemoramus; quae tamen non una eadem die contigerunt, sicut Iesus,

post baptismum acceptum in desertum ut ieuius et poenitentiae operam daret, secessit.



Trinum Magorum numerum communis sententia affirmat, sed ex Mattheo non arguitur, neque id apud veteres Patres legitimus adnotatum. Primus Origenes eos tres fuisse scribit, quem diu postea sequuntur S. Maximus Taurinensis et S. Leo. Ceterum antiqua quoque monumenta tres eos plerumque exhibent, quamquam picturae non desunt, ubi et duo, et quatuor et octo usque conspicimus; quinimo Mat-

Appellica, Amerin, Damaseon; alias hebraeae Magalath, Galgalath, Sarakin; neque deest qui eos appellat Ator, Sater, Paratoras: ut de Armeniis populis non dicamus, qui duodecim magos dinumerantes, duodecim habent eorum nomina, quibus et patronomica non desunt.



De astro denique, seu stella quae Magos duxit, variae pariter sententiae. Idelerius consuetam et nullimode prodigiosam eam putat; alii putant bolidem ad locum praesepii cecidisse. Nos autem, quoenumque res se habuit, Iesum Redemptorem adoramus, cui placuit stellae indicio sese natum exteris gentibus revelare.

#### COLONIENSIS ECCLESIA CATHEDRALIS

Magorumque sepulcrum.

**I**UXTA piam Christianorum traditionem, Magi, qui Iesum infantulum visitarunt, Christi fidem a Thoma Apostolo edocti episcopique creati, vitae cursum tamquam divini Verbi martyres absolverunt. Eorum exuviae ex Arabia, Constantino cognomine Magno Romanam rem moderante, Byzantium primum translatae, deinde Mediolanum, denique a Friderico imperatore anno MCLXIV Coloniensi episcopo donatae feruntur, super iisque aedes insignes excitatae, quae maximum atque perfectissimum Gothicæ artis monumentum praeseferunt.


Quamquam enim Colonia urbs, quam Nordicam Romam nuncuparunt, byzantinis aedibus redundant, ubi romanus gothicusque stilus ac memoria orientalis artis simul consuantur; nihil tamen magis quam cathedrali ecclesia sua iure gloriatur. Eam primum cogitavit Engelbertus Bergensis episcopus, primumque lapidem a. MCCXLVIII posuit Corradus von Hochstaden, qui ei successit. Templum, quod mediae aetatis triumphus appellari quidem potest, quinque alis constat ac veluti

sylvam ex parvis pyramidibus obeliscisque praebet varie insculptis, binisque turribus decoratur, quas nullum orbis monumentum aemulari valeat. Quid autem peculiariter dicam de latere ad occidentem versus? Luxurians eius quasi Gothorum florum apertio vix ut admiretur sinit aedificii lineas, quae tamen simplices omnino magnificeaque designantur. Indicent lectores, quorum oculis fideles hodie imagines subiectimus.

*Nec avarum pecunia, nec doctum cognitio rerum unquam replevit.*

Pius II, apud Plat.  
Hoc est maximum ignorantiae malum, quod credit eum scire, qui moneat.

QUINTIL., lib. XII.



Coloniensis Ecclesiae Cathedralis prospectus.

thaei glossator, « operae imperfectae » auctor, eos ad duodecim auget, ut Syrienses populi iuxta Armenum menologium tenuere. Strabo autem in sua « Glossa ordinaria » eos « multos » dicit. Trinum vero numerum, utpote simbolo magis aptum, plerique auctores facile induxerunt.



Magorum nomina haud secus incerta. Patres silent; sed vetus Parisiensis bibliothecae codex, VII forte saeculo scriptus, primus Balthusarem, Melchiorem Gasparemque eos vocat. Sed alii alia habent, ut Armenus quidem scriptor, qui tradit eos Syriae dictos Kagha, Badadilma, Badadakharida; alias grecce vocat

De musica s

**M**IRO sane aestu in Hispania accep bus laborant ad us impera sunt a P tintet Emus Ecclesi nas, Episcopus Bar clarissimus, ubi ve peropportune adhib rere. Itaque tributis bene peritis, q esset ad examen r turgiam pertinenter cipit Summus Ponti musica sacra condit que exequutioni res

Hoc tribunal ut s in « Motu Proprio » a cipue capita sibi co tus iudices uti debe nere suum bene fun

1<sup>um</sup> Musica sacra mensionibus consentab et; et ea magis sac in numero aestro et gregorianae accedat.

Hic igitur ordo er tatem et selectionem di sonis formis:

a) Cantus priscus g nobis traditus;

b) Poliphonia class quae ad exequotione

c) Recens poliphon gano;

d) Musica prisa parte chori servet ch gano aliisque musicis Ordinarii venia habeat themata in mentem cetera profanarum co ne imitetur.

2<sup>um</sup> Offerendae qu et pro viribus excell eurandum, ut musical exequenda, integre r in « Motu Proprio »

Exemplum hoc p clesiae digniores et memores Pontificem gregationem significat hibendam, moram no que firmiter statutim

3<sup>um</sup> Iudicium coet quae o Pii Papae X praece num certiore facien gens dubia inita, ut tuat, quae sibi magis

4<sup>um</sup> Piarum virgin poterunt in liturgie quidem extraliturgie pulo modulari, mixtis cantum e. g. Tantum aut melodiam quamdi Dios (ut dieunt Iberi

## EX HISPANIA

De musica sacra apud Hispanos.

**M**IRO sane aestu verba Pii Papae X in votis habentis restorationem musicae sacrae in Hispania accepta fuere. Episcopi pro viribus laborant ad usum fideliter reducturi quae imperata sunt a Pontifice; inter eos primas obtinet Emissus Ecclesiae Princeps Salvator Casanás, Episcopus Barcinonensis. Praesul hic praelarissimus, ubi vocem Petri audivit, media peropportune adhibenda se totum dicavit quaerere. Itaque tribunal constituit ex musicae artis bene peritis, quorum officium non unum esset ad examen redigere omnes quae ad liturgiam pertinerent compositiones, sed, ut praecipit Summus Pontifex, id quoque curare, ut musica sacra conditionibus cantorum, optimaeque exequutioni respondeat.

Hoc tribunal ut se strictius ad praescripta in « Motu Proprio » accommodet, quatuor praecipue capita sibi constituit, quibus huius cætus iudicibus uti debeant veluti norma ad munere suum bene fungendum:

1<sup>um</sup> Musica sacra in forma, stylo, ac dimensionibus consentanea actui cultus esse debet; et ea magis sacra erit et liturgica, quo in numero aero et sapore, proprius melodiae gregorianaec accedit.

Hic igitur ordo erit stabiliendus circa dignitatem et selectionem musicæ sacrae in suis dissonis formis:

a) Cantus priscus gregorianus a maioribus nobis traditus;

b) Poliphonia classica ubi media non desint, quae ad exequutionem necessaria evadunt;

c) Recens poliphonia comitante aut non organo;

d) Musica præsea aut recens, quae in maxima parte chori servet characterem comitante organo aliisque musicis instrumentis (si ad hoc Ordinarii venia habeatur) dummodo theatralia themata in mentem ne revocet et in forma cetera profanarum compositionum structuram ne imitetur.

2<sup>um</sup> Offerendae quum sint Deo res in se bonae et pro viribus excellentes, suaviter et fortiter curandum, ut musica in ecclesiis et oratoriis exequenda, integre respondeat et praescriptis in « Motu Proprio » coaequetur.

Exemplum hoc primo praebere debent ecclesiae digniores et maioris momenti, non immemores Pontificem et Sacram Rituum Congregationem significare, indulgentiam non adhibendam, moram non consentiendam abususque firmiter statatimque esse evel lendos.

3<sup>um</sup> Iudicium coetus operam impendet in quaestiones, quae obviam ibunt perficiendis Pii Papae X præceptis, Praesulem dioecesanum certiorem faciens et ad synthesim redigens dubia inita, ut hic ea decernat et constituant, quae sibi magis arridebunt.

4<sup>um</sup> Piarum virginum chori non se immiscere poterunt in liturgicis canticis; nec in actibus quidem extraliturgicis. Ceterum licet fideli populo modulari, mixtis cantoribus, gregorianum cantum e. g. *Tantum ergo, Salve Regina* etc. aut melodiam quamdam popularem ut *Santo Dios* (ut dicunt Iberi), etc.

Lieiti manent piarum virginum cantici sive in earum Confraternitatis solitis festis, sive in extraliturgicis actibus, uti sunt *Mensis Mariae* dictus, *novendiales preces*.

Non praetermittendum, dioecesanam synodus praecipere ut virgines in ecclesiis modulatura nunquam in presbyterio consistant, et si fieri possit, ne in Choro quidem. Hoc quoque agendum, ut reiiciantur quamplurimae (in Hispania dictæ) *letrillas, Ave Maria* et similia longe aliena musicæ sacrae requisitis, quae, uti praescribit noster amantissimus Pontifex, esse debet et « decora et digna et sancta ».

Optimo auspicio criticorum coetus labore inchoavit primo circa Missarum musicam. Post maturum diuturnumque examen decreverunt indices menti Pontificis alienas Missas sic scri-

## COLLOQUIA LATINA

Iactus lapidum aut discorum ad metam<sup>(1)</sup>.

MATTHAEUS. — Quo lusu hoc pomeridiano tempore oblectabimur?


IULIUS. — Ut nunc fert anni tempestas, lapidem mittamus ad metam terrae defixam.

M. — Non displicet. Adiungamus nobis Celsum et Arnoldum.

I. — Huc adeste, Celse et Arnolde: placetne colludere?

CELSUS. — Ea ipsa causa hue convenimus, vix sumpto bene prandio.

ARNOLDUS. — Sunt mihi lapides duo percommodi.



Coloniensis Ecclesiae Cathedralis prospectus ad Occidentem versus.

ptas ad instar Mercadante, Rossi, Fornelio, Mumdi, Badia, Ventura, Casanovas, Andrevi; Missas quoque de Requie, quarum auctores habent Melchior-Ferrer, Cosme de Benito, aliasve harum similes.

Quod vero attinet ad Missas comitantibus instrumentis musicis, non praetermittendum eas non posse cantari nisi obtenta prius dioecesana venia.

Utpote praescriptis in Motu Proprio congruentes, haec possunt Missae in ecclesiis cantari, scilicet Palestinae, Victoriae, Morales, Pujol, etc.; haec quoque recentes comitante organo: Perosi, Haller, Eslava en la, Witt, Foschini, Ravanelli, Santestebau, (exclusis verbis *Gloria in excelsis Deo*).

Quae vero de « schola cantorum » canta sunt, aliaque de re praescripta, ea, ne hodie simus longiores, ad alium numerum delegamus.

Modiliani scrips.

I. M. J. Sch. Piar.

M. — Ego mihi quaero et aegre invenio.

A. — Ego te altero meorum dono; accipe. Experiire an commodus sit.

M. — Habeo gratiam. Ego et Iulius una in vos certabimus.

C. — Per nos licet, agesis, vos priores iacite.

M. — Auspicabor. Faxit Deus ut feliciter cedat. Ohe? optime cecidit.

A. — Brevi te hoc lapide praetervetero.

M. — Hac lingua, existimo.

A. — Etiam hac manu.

M. — Accedis, fateor; non tamen praetervertisti me. Et tu fac adiicias, Iuli; nullo negotio vineimus duobus. Huc in pedis mei iace vestigium, aut inter utrumque hunc lapidem.

I. — Tentabo si quid potero.

M. — O iactum optimum et commendandum!

Vicimus duobus.

(1) Ex opere IACOBI PONTANI cui titulus *Progymnasmatum latinitatis* (Monachii, MDCX). — Passim retractavit I. F.

C. — Ad oppositam metam tantumdem et nos praestabimus.  
 M. — Iustum perverte iactum, si potes.  
 C. — Eia! lapis meus adhaeret metae.  
 M. — Meus item est proximus.  
 C. — Sed longiore intervallo.  
 M. — Metiamur.  
 C. — Cedo virginlam, aut stramen aliquod, Iuli,  
 ut metiar.  
 M. — Dum arenam decutis, furtim protrudis  
 lapidem tuum. Flatu pulvis dimovendus erat.  
 C. — Salva pace tua nondum etiam lapidem  
 attigi.  
 M. — Viden? nihil est discribinis. Vis redin-  
 tegrare iactum?  
 C. — Nolo, sed dijudicent arbitri. Aceede hue  
 aliquantisper, Laurenti: lapidum horum uter  
 est metae vicinior?  
 LAURENTIUS. — Vultis meo stare indicio?  
 M. — Stabimus.  
 L. — Quantum visu assequor, est ille propin-  
 quior.  
 C. — Nonne dixeram? Tu, Arnolde, nunc, si  
 possis, hunc depellito; et primas tenebimus.  
 A. — Metuo ne dum Matthaei peto lapidem,  
 una tuum disiciam.  
 C. — Audaces fortuna iuvat... Ne timeas. Ma-  
 lum! sunt tibi vires ergo? Quin adiicias?  
 A. — Timida manu nisi ob periculum.  
 C. — Inepte meticulosus es.  
 M. — Hunc si praeter veteris, Iuli, te virum,  
 praestiteris. Successit. Eius lapis minimum  
 palmo propinquior est omnibus. Tota nostra  
 est victoria.

#### GRAMMATICAЕ QUAESTIUNCULA.

**S**AEPE miratus sum quid sit eur in coniun-  
 ctivo vel potentiali vel dubitativo tempus  
 imperfectum pro plusquam perfecto usurpetur.  
 Casus vero, ut plerumque fit, rem mihi dete-  
 rit, quum Ciceronianum illud mihi occurrisset:  
*Quid erat quod quisquam diceret?* Nam ad eam  
 opinionem veni, ut putarem coniunctivum illum  
 nihil aliud esse nisi decurtatum quoddam di-  
 cendi genus. Ut enim Cicero dicere potuit: *Quid quisquam diceret?*, ita, quum seripsit: *Quid fa-  
 cerem, quid consilii caperem et alia huiuscemodi,* scribere potuit: *Quid erat quod facerem?* *Quid consilii erat quod caperem?*

Sed forsitan quispam hic quaerat: Qui expli-  
 ces Ciceronis illud: *Canes venaticos diceres?* Simili modo, respondeo. Quis enim est qui neget  
 Ciceronem etiam scribere potuisse: *Erat cur canes venaticos diceres?*

P. DE BLASIUS.

*Huc omnes pariter venite capti  
 Quos fallax ligat improbis catenis  
 Terrenas habitans libido mentes.  
 Hic erit robis requies laborum:  
 Hic portus placida manens quiete:  
 Hoc patens unum miseris asylum.*

BOETIUS.

*Boni sibi haec expetunt: rem, fidem, honorem,  
 Gloriam et gratiam, hoc probis precium est.*

PLAUT., Trinum.

#### ACTA PONTIFICIA

I.

##### SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPAE X.

##### EPISTOLA

AD ARCHIEPISCOPVM ET EPISCOPOS POLONIAE  
 QVAE RYSSICO IMPERIO PARET



VENERABILIBVS FRATRIBVS  
 ARCHIEPISCOPO ET EPISCOPIS POLONIAE  
 QVAE RYSSICO IMPERIO PARET

##### PIVS PP. X.

VENERABILES FRATRES  
 SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Poloniae populum qua late patet, genere quamvis,  
 sermone ac religioso ritu varium, quam intimo Nos,  
 quam paterno, uno aequo omnem, caritatis studio  
 amplectamur, neminem in vobis arbitramur posse  
 esse qui ignoret. Nam, brevi quidem sed tamen toto,  
 anteacti Pontificatus tempore, nullam Nobis unquam  
 elabi sivimus opportunitatem, qua id luculentissime  
 demonstraremus. Praeterquam enim quod Polonum  
 quemlibet ad Nos transmeantem admissione Nostra  
 facilitate summa donavimus; mementote quae Nostra  
 fuerit laetitia, quae exultatio animi quum, anno su-  
 periore, pia ex vobis fidelium agmina exceptimus,  
 quae ad Nos peregre salutatum venerunt. Quibus  
 illos tune verbis affati fuimus suavitate plenis! Quae  
 etiam, nuper, iuenditas Nos hilaravit, quum lectis-  
 simam e scholis vestris iuventam spectare coram  
 atque alloqui datum est!

Utique, cur genti vestrae tantopere faveamus,  
 Nobis non deest caussa; immo vero suspetit maxima.  
 Memoria enim praeteritarum aetatum si quis cogi-  
 tando repeatat, nullam fere a Poloniae laude vacuam  
 offendit: cuius profecto constantiae ac fortitudini  
 debetur uni, si hostium christiani nominis impetus,  
 religioni ac civili Europae cultui minitantium, fracti  
 demum sunt ac propulsati. Manet maioribus vestris  
 perpetuo haec iaus, quod pectorum suorum praesidia,  
 catholicis sacris tutandis, generose opposuerint; unde  
 factum, ut catholici ac poloni nomen elapsis tempe-  
 statibus promiseue sit habitum. — Haec porro patrum  
 exempla apud nepotes, qui nunc sunt, vigere adhuc  
 integra ac renovari, Nos plane confidimus: ut ideo  
 eadem, quae fuit illorum, sit modo vestra in apostolicam  
 Sedem et observantia, valeatque simul  
 necessitudo illa, qua gens polona cum Petri Cathedra  
 arctissime semper coniuncta fuit.

Verum, quia difficilellum tempus sic postulat, ani-  
 mum modo ac sermonem ad eos singulariter e Po-  
 lonia civibus convertendum ducimus, qui vobis  
 Venerabiles Fratres, subiecti sunt ac Russico parent  
 imperio. Quem enim afflita, qua nunc illi utuntur,  
 fortuna non moveat? Nos autem vel maxime, qui eos  
 in numero filiorum carissimorum putamus. Ad vos  
 igitur has litteras conscribimus, ut, interpretibus  
 vobis, Nostri mens animi fidelibus singulis pateat;  
 cunctisque, vestra opera atque hortatione, dicto, ut

par est, audiuntibus, pax demum illa et concordia  
 paratur, quam optimi quique inter vos, studiis om-  
 nibus, sed ad hanc diem iritis, sunt proseguuti.

Cui quidem concordiae bono suadendo obtinendoque  
 duo maxime conducere arbitramur, si ea quisque  
 secum diligentius consideret: quae nimurum, quan-  
 taque sunt mala, quibus gens vestra hac tempestate  
 premitur; quae quantaque officia, quibus, ad illa  
 minuenda atque avertenda, Episcopi pariter ac fideles  
 omnes gravissime tenentur.

Nam, ut de malis dicamus, singula ea quidem per-  
 sequi, longius foret quam praesens patitur institutum.  
 Graviora porro, ac ceterarum fere miseriarum fons  
 atque origo, factiones illae sunt turbulentissimorum  
 hominum, quae nullibi non vident, quaeque iuribus  
 ac legibus revertendis natae, eo plane, suadendo, co-  
 niurando audendoque, incumbunt ut plebem, perecul-  
 sam terroribus, occupent, illamque, immani civilis  
 consuetudinis damno, in nefaria quaque corripiant.  
 — His accedit, atque in eodem genere, natio illorum  
 qui, caritatem patriae sed non sapientem perpetuo  
 venditantes, *radicalismi*, uti vocant, *nationalis as-  
 seccatores* se profitentur. Quibus nimurum propositum  
 est politicas animorum perturbationes ciere ac nu-  
 trire; quare commota plebs et obcaecata eo saepe  
 excedit violentiae ac furoris, unde Poloniae vestrae,  
 nihil tale meritorum, retro fertur conditio atque afflictio  
 in dies evenit. — Haec autem inter, turbis quidem  
 faventibus atque impunitatem audiendi praebeatibus,  
 pessimi quique, quibus divina humanaque miscere fas  
 ac decorum videtur, immania faciunt flagitia, quae  
 vel barbarae nationes horruerint; qualia, nuper, ut  
 aliquid indicemus, publicae fuerunt iudeorum caedes,  
 quas equidem Evangelii lex, quae omnes promisue  
 diligendos iubet, detestatur ac reprobatur. — Iamvero,  
 dum talia ac tanta, fidenter nimium, scelestorum  
 meditatur audacia ac porro patrat; quae vis, quae  
 actio, ad illam comprimentam exeritur? Certe bo-  
 norum copiae ex maiore, immo vero maxima, polonae  
 gentis parte conflantur. Ast arma, aegritudine quadam  
 quae meliorum rerum expectationem extinguit, po-  
 ssunt videntur; et querelis contentata, nihil fere  
 agitant ulterius, quod sit efficax malorum tantorum  
 remedium. — Evidem quarelæ vestrae instae sunt:  
 quibus Nos et querelas Nostras et lacrymas ex animo  
 adiicimus. Querelarum tamen nullam esse utilitatem  
 scitote, si non, foedere inito, quotquot Imperio Rus-  
 sico poloni parent, animum viresque omnes serio  
 intendant, ut quae, perturbatorum ausu, sive reli-  
 giosae rei sive politicae aut socialis detrimenta fe-  
 cerunt, sarciant. — Veterem Poloniae fidem, Vene-  
 rabilis Fratres, susceptosque pro religione sancta  
 labores dum Nobiscum recolimus, eversamque ve-  
 stram, quae modo est, conditionem consideramus;  
 generosa verba sponte succurrunt, quibus Mathias  
 moriens alloquebat filios: *Nunc confortata est superbia, et castigatio, et tempus erosionis, et ira indignationis: nunc ergo, o filii, aemulator estote legis, et date animas vestras pro testamento patrum vestrum, et memento operum patrum, quae fecerunt in generationibus suis: et accipietis gloriam magnam et nomen aeternum* (1).

Huic tamenhortationi Nostrae ut secundi accedant  
 exitus, videndum vobis est diligenter, quibus vos uti  
 oporteat ad ea, quae proposita sunt, adiumentis. Ea  
 vero Nos non aliunde repetimus, quam ex officiis,  
 quibus quisque vestrum obstringitur. — Illud autem  
 est caput, ut quam poloni ab avis et proavis catho-  
 licae religionis professionem. Deo dante, tenente, hanc  
 semper pro merito aestiment rebusque ceteris omnibus  
 antepontant. Quam profecto sic servent necesse  
 est, ut non verbo solum neque lingua, sed opere et  
 veritate implent. — Exigit autem sanctissima Christi  
 religio ut perturbationibus animi nunquam sinamus  
 nos abripi, sed ilas, contra, mens moderetur sana  
 cogitatio imperio subesse. Quamobrem catholici quo-  
 quot sunt, studiis partium prohibentur, quae latae a  
 Deo legi adversentur. Nec plane a culpa eos eximit,  
 quod humanis id agant utilitatibus. Rursus namque  
 catholica doctrina nos admonet, aeternorum bonorum  
 quaestus fluxis quibusque huius temporis emolumentis  
 debere anteferri, secundum Domini verba: *Quid enim*

(1) I. Machab. II, 49 ss.

prodest homini, si  
 mae vero suae detra-

Quo quasi funda-  
 ter motus mutatione  
 périmum turbatur, si-

paret Imperio, debe-  
 ordine stare consta-

iuerit, quae, die 2  
 cessor Noster felie-

bebat: «Qui vero si-  
 reverentiam et fi-

» Deo regnum per h-

» perare, non solum

» conscientiam (2),

» orationes, postula-

» debere sanetam eu-

» improborum mach-

» nec quidquam fac-

» tranquillam in ius-

» Hane porro ut tra-

» solum adament voti

» officium est, actuose

» incolum; necesse i-

» sequit exempla, in

» coniunctis consilio a

» tria cum efficacitate

» cessationibus prop-

» quentissimae cum in

» omnino prohibeantur:

» levandis opifium ac p-

» animi tum corporis e-

» nere, laudabilis equi-

» iunio exente, Vene-

» Varsaviensis ad domi-

» nationem eius pariter

» accipient alaerter, op-

» universi ne quid pat-

» Quod ut ne fiat, nemo

» Servatoris Christi, in

» colendo tuendo, ci-

» provehendis diligenter

» Unum vero est, qu-

» catholicorum dignum

» utilesque civitati homi-

» si rite probeque a pue-

» bus officium est, quae

» dolescentibus eiusmodi

» catholicis institutis et n-

» plina. Qua in re, Vene-

» vestram, quam equidem

» bimus, excitare iterum

» ac parentibus, christia-

» curandae onus officii

» quoniam in scholarum

» nequaquam possumus

» qui studis dant opera

» ludis celebrandis ex con-

» levia, quod Venerabilis

» saviensis iam innuit eg-

» nibus tum privatum tu-

» Quo tamen haec om-

» mus, effectu ne careant

» quod vestrum demum

» contentionem ad adoles-

» dum adiiciatis animum

» ex parte a sacerdote p-

» infesta adeo sunt tempo-

» doctrina sana vitaeque s-

» animi generositate et c-

» carni et sanguini non ac-

» omnia perpeti pro Chr-

» Postremo, antequam

» cet potentissimi Impera-

» in Nos amicitiae animu-

» mentiamque publice la-

» superioris aprilis dato,

» biecos sibi populos se-

» concessus, unde cuncto-

demum illa et concordia  
que inter vos, studiis om-  
irritis, sunt prosequunti.  
ono suadendo obtinendoque  
arbitramur, si ea quisque  
ret: quae nimurum, quan-  
gens vestra hac tempestate  
e officia, quibus, ad illa  
Episcopi pariter ac fideles  
r.

us, singula ea quidem per-  
praesens patitur institutum.  
rum fere miseriariam fons  
e sunt turbulentissimorum  
in vigent, quaeque iuribus  
ae, eo plane, suadendo, co-  
lumbunt ut plebem, perecul-  
illamque, immati civilis  
efaria quaque corripiant.  
odem genere, natio illorum  
el non sapientem perpetuo  
ati vocant, *nationalis* as-  
quibus nimurum propositum  
rturbationes ciere ac nu-  
ebs et obcaecata eo saepe  
ris, unde Poloniae vestrae,  
tur conditio atque afflictior  
utem inter, turbis quidem  
tem audiendi praebentibus,  
ina humanaque miscere fas  
nia faciunt flagitia, quae  
ruerint; qualia, nuper, ut  
fuerunt iudeorum caedes,  
ex, quae omnes promiscue  
r ac reprobatur. — Iamvero,  
ter nimum, scelerorum  
ro patrat; quae vis, quae  
dam exeritur? Certe bo-  
nimo vero maxima, polonae  
arma, aegritudine quadam  
etationem extinguit, po-  
lis contentae, nihil fere  
efficax malorum tantorum  
reliae vestrae iustae sunt:  
tras et lacrymas ex animo  
en nullam esse utilitatem  
o, quotquot Imperio Russi-  
m viresque omnes serio  
batorum ausu, sive reli-  
t socialis detimento fe-  
m Poloniae fidem, Vene-  
ue pro religione sancta  
olimus, eversaque ve-  
ditionem consideramus;  
urrunt, quibus Mathias

*Nunc confortata est su-  
pus eversionis, et ira in-  
i, aemulatores estote legis,  
testamento patrum vestro-  
patrum, quae fecerunt in  
sietis gloriam magnam et*

estrae ut secundi aeedant  
iligerter, quibus vos uti-  
sita sunt, adiumentis. Ea  
timus, quam ex officiis,  
tringitur. — Illud autem  
ub avis et proavis catho-  
Deo dante, tenent, hanc  
et rebusque ceteris omni-  
ecto sic servent necesse  
que lingua, sed opere et  
utem sanctissima Christi  
animi nunquam sinamus  
mens moderetur sana  
amobrem catholicorum quo-  
rohibentur, quae latae a  
plane a culpa eos eximit,  
statibus. Rursus namque  
net, aeternorum bonorum  
us temporis emolumen-  
omini verba: *Quid enim*

*prodest homini, si mundum universum lucretur, ani-  
mae vero sua detrimentum patiatur?* (1).

Quo quasi fundamento posito, alterum sequitur: in-  
ter motus mutationesque, quibus modo Russicum Im-  
perium turbatur, simulque ea pars Poloniae quae eidem  
paret Imperio, debere catholicos homines a pace atque  
ordine stare constanter. Qua in re meminiisse omnes  
iuverit, quae, die XIX martii MDCCLXXXIV, De-  
cessor Noster felicis recordationis ad vos prescri-  
bebat: «Qui vero sint sub potestate, debere constanter  
» reverentiam et fidem servare principibus, tamquam  
» Deo regnum per hominem exercenti, eisdem obtem-  
» perare, non solum propter iram, sed etiam propter  
» conscientiam (2), pro ipsis adhibere obsecrationes,  
» orationes, postulationes, gratiarum actiones (3):  
» debere sanctam custodire disciplinam civitatis: ab  
» improborum machinationibus sectisque abstinere,  
» nec quidquam facere seditione: omnia conferre ad  
» tranquillam in iustitia pacem tenendam».

Hanc porro ut tranquillitatem pacis catholicorum, non  
solum adament votisque contendant, sed etiam, ut  
officium est, actuose marent, partamque turgentur  
incolorem; necesse ipsis omnino est ut, turbulentium  
sequuti exempla, in sodalites coetusque coēant, ubi  
coniunctus consilio atque opere, pro religione ac pa-  
tria cum efficacitate dimicent. Illud autem eiusmodi  
consecrationibus propositionum esse in primis debet, ut  
cessationes operum ex condictio, quae modo sunt fre-  
quentissimae cum immani communis boni iactura,  
omnino prohibeantur: eae autem ut tollantur penitus,  
levandas opificium ac proletariorum necessitatibus tum  
animi tum corporis ex veritate studeant. Quo in ge-  
nere, laudabilis equidem est oratio, quam, superiore  
iunio exente, Venerabilis Frater Archiepiscopus  
Varsaviensis ad dominos operariosque habuit. Hor-  
tationem eius pariterque Nostram ut Poloni omnes  
accipiant alaeriter, optamus et obsecramus. Videant  
universi ne quid patria ulterius detimenti capiat.  
Quod ut ne fiat, nemo sit vestrum qui, ex praescripto  
Servatoris Christi, iustitiam nimurum et caritatem  
colendo tuendone, civitatis conditionibus in melius  
provehendis diligentissime non adlaboret.

Unum vero est, quod singulari animadversione  
catholicorum dignum tenemus. Cum namque optimi  
utilisque civitati homines non aliter creentur, quam  
si rite probeque a pueris erudiantur; commune omnibus  
officium est, quacumque via ac ratione, quae legi-  
bus data sit, eniti et contendere, ut catholicis a-  
dolescentibus eiusmodi pateant gymnasia, ubi de  
catholicis institutis et moribus praeceptio sit ac dis-  
ciplina. Qua in re, Venerabiles Fratres, diligentiam  
vestram, quam equidem cognitam perspectamque ha-  
bemus, excitare iterum placet. Vobis namque, aequae  
ac parentibus, christianae puerorum eruditio pro-  
curandae onus officii est impositum. — Hic vero,  
quoniam in scholarum mentionem incidimus, omittere  
nequaquam possimus monere graviter adolescentes,  
qui studiis dant operam, ne, politicis de causis, a  
ludis celebrandis ex condictio cesserent. Multa enim nec  
levia, quod Venerabilis Frater Archiepiscopus Var-  
saviensis iam innuit egregie, ex eiusmodi cessationi-  
bus tum privatum tum publice eveniunt dama.

Quo tamen haec omnia, quae hoc usque exposui-  
mus, effectu ne careant, restat, Venerabiles Fratres,  
quod vestrum demum est, ut omni studio omni-  
contentione ad adolescentem clerum rite informan-  
dum adiiciatis animum. Salus enim populi maxima  
ex parte a sacerdote pendet. Nunc autem, quoniam  
infesta adeo sunt tempora, sacerdotibus opus est, qui  
doctrina sana vitaque sanctimonia praecestant, eaque  
animi generositate et constantia sint praediti, qua-  
carni et sanguini non acquiescentes, omnia contempnere,  
omnia perpeti pro Christo sint parati.

Postremo, antequam scribendi finem faciamus, pla-  
cat potentissimi Imperatoris vestri, cuius exploratum  
in Nos amicitiae animum habemus, sapientiam clementiamque  
publice laudare, quod edicto XXX die  
superioris aprilis dato, de conscientiae libertate su-  
biectos sibi populos securos fecerit. — Qui quidem  
concessus, unde cunctorum animi sunt recreati, cum

(1) Matth. xvi, 26.

(2) I, Rom. xiii, 5.

(3) Tim. ii, 1, 2.

edicto altero diei XXX octobris confirmatus fuerit  
atque amplificatus; oportet vos, Venerabiles Fratres,  
omni ope atque industria iuvare illos qui, sua sponte  
et voluntate, ad catholica sacra transire malint. Non  
politica res in his agitur, sed tantum aeterna ani-  
marum salus. Est igitur episcoporum ius atque of-  
ficium normas praescribere, quibus utatur cleris in  
admittendis ad sacra nostra, qui libere id velint.  
Has normas, Venerabiles Fratres, ut collatis consiliis  
concordique sententia decernatis volumus; ita qui-  
dem ut in universis dioecesis una atque eadem  
vigeat agendi ratio. Crescente autem fidelium mul-  
titudine, mittet profecto Dominus operarios in mes-  
sem suam. Interim vero dilectos filios, sacerdotes  
dioecesum vestrarum, hortamur, ne duplicitum forte  
laborem fastidiant, illud memores, omnium divinorum  
divinissimum cooperari Deo in salutem ani-  
marum.

Ceterum monemus omnes ut tributa modo civilia  
iura modeste ac diligenter exequantur, eo videlicet  
spectantes unice ut parens Imperio Russico Polonia  
secundioribus semper conditionibus utatur. Quod sane  
ut obveniat, partes Nostras, utpote patris Poloniae  
vestrae amantissimi, apud potentissimum Imperato-  
rem nunquam desiderabitis.

Munerum divinorum auspiciem et singularis No-  
stra caritatis testem, Apostolicam Benedictionem  
vobis, Venerabiles Fratres, et clericis populisque ve-  
stris amantissime in Domino impetravimus.

Datum Romae, apud Sanetum Petrum, die IIII de-  
cembris MCCCCV, Pontifice Nostri anno tertio.

PIVS PP. X.

## II.

### SS. D. N. PII PP. X.

allocutio habita in Consistorio d. XII mens.  
Decembr. MCCCCV.

Venerabiles Fratres,

Amplissimum Collegium vestrum iterum haec die  
spectare coram, equidem Nobis accidit iucundissime.  
Vellemus autem, ad hanc iucunditatem augandam,  
ea posse de Christi Ecclesia, cui praesumus, vobis-  
cum communicanda proferre, quae laetifiam pare-  
rent, optatoque animos solatio perfunderent. Quid enim  
Nobis, quid vobis desideratius, quam sedere Eccle-  
siam in pulchritudine pacis; filios eius, fortes in fide  
et caritate ferventes, sicut novellas olivarum esse in  
circuito mensae illius; reges et principes ambulare  
in splendore ortus eius; et adorare vestigia pedum  
eius, omnes qui detrahebant ei, et vocare illam Ci-  
vitatem Domini et Sion sancti Israel?

Sed heu! scitis nimum, Venerabiles Fratres, atque  
intimo doletis corde, non hisce Nos conditionibus uti,  
eaque contra esse tempora, quae peiora in dies por-  
tendant, meliora praecipere vix sinant.

Utique, quod Dei miserentis est opus, annuntiatur  
fides in universo mundo: atque ibi laetiores occur-  
runt segetes, ubi, humano quidem iudicio, minus sur-  
rectura semina sperarentur. Regiones loquimur, ubi  
a catholicis doctrina dissidetur, easque in primis quae  
vanis adhuc superstitionibus gentium destinuntur.  
Crescit enim illuc verbum Dei et augetur numerus  
discipulorum, loquente Deo pacem in plebem suam.

Verum, quod angore maximo commemoramus, si  
oculus animosque alio convertimus, ad nationes nimurum  
quae catholicismo censemur nomine; quanta ubi-  
que trepidationem causa, quanta moeroris! Metui-  
mus plane ne plerisque impleatur quod scriptum est:  
Auferetur a vobis regnum, et dabitur genti facienti  
fructus eius!

Qua de re, ea plano gens vehementissime his die-  
bus sollicitos anxiisque Nos habet, quae gloriosa hue  
usque primigenae Ecclesiae filiae appellatione nun-  
cupata est. Attamen de legibus, contra omnes iusti-  
tiae regulas adversus Ecclesiam ibidem nunc latis,  
mens est, opportuniore tempore, consideratus et gra-  
vius, pro apostolico munere vos alloqui.

Ne tamen animos haec inter despondeamus, illud  
sane prohibet, Venerabiles Fratres, quod Christus in  
Evangelio saepe nos commonet; eam scilicet in hisce

terris Ecclesiae sortem perpetuo fore, quam Ipse sibi,  
pro hominum reparazione, sponte suscepserat. Perse-  
cuti sunt me, consequentur et vos. — Eritis odio  
omnibus propter nomen meum. — Nolite mirari si  
vos odit mundus, quia me priorem vobis odio habuit.  
Quae cum vera esse non dubitemus, gloriemur in  
tribulatione nostra; quamdiu enim persecutionibus  
tentamur, responsum in nobis habemus requiescere  
super nos qui est spiritus Christi. Concavitur Eccle-  
sia; sed fides in temptationibus roboratur; et qui pro-  
bati sunt, manifesti fiunt in nobis, et auferuntur  
zizania de medio tritici. Caveamus igitur ne Christi  
unquam reprehensione multemur, quam Petrus, adhuc  
infirmus mediisque in fluctibus metuens, audivit: Mo-  
difica fidei, quare dubitasti? — Interea, offici me-  
mores, perseveremus unanimiter in oratione, om-  
nigenaque pietatis operibus conciliare nobis Dei  
elementiam studeamus; qui, cum sanabiles fecerit  
nationes, tranquillitatem et pacem, statuto provi-  
dentiae tempore, benignus impetrat.

Iam, Ordinem vestrum, quia nonnulli concessere  
nature, supplere hodie decretum est. Quo in officio  
praestando, volumus etiam benevolentiae Nostrae  
testimonium Americae Latinae universae exhibere,  
honorem romanae purpurae in eius fines primum  
inferendo. Quare placuit egregios viros designare  
quatuor, quos Collegio vestro accenseamus. Vario hi  
quidem in genere elaborarunt; sed omnes Ecclesiae  
et apostolicae Sedi egregie se probaverunt.

Sunt autem:

JOSEPH SAMASSA, archiepiscopus agriensis.

MARCELLUS SPINOLA Y MAESTRE, archiepiscopus hispalensis.

IOACHIM ARCOVERDE DE ALBUQUERQUE CAVAL-  
CANTI, archiepiscopus Sancti Sebastiani Fluminis  
Iauarii.

OCTAVIUS CAGIANO DE AZEVEDO, pontificiae domus  
Nostrae praepositus.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum  
apostolorum Petri et Pauli et Nostra, creamus et  
publicamus sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales

Ex ordine presbyterorum:

JOSEPH SAMASSA.

MARCELLUM SPINOLA Y MAESTRE.

IOACHIM ARCOVERDE DE ALBUQUERQUE CA-  
VALCANTI.

Ex ordine diaconorum:

OCTAVIUM CAGIANO DE AZEVEDO.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis  
necessariis et opportunitis. In nomine Patris + et  
Filii + et Spiritus + Sancti. Amen.

## EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Episcoporum et Regula-  
rium:

Episcopus licete valet confessarium ordinarium mo-  
nialium unius monasterii pro aliis monasterii mo-  
nialium ordinario confessario designare. Prohibitetur  
vero Regularibus confessarios ordinarios sororum  
votorum simplicium esse, sicuti pro monialibus eis  
vetitum est. (Ex decr. d. I mens. Sept. a. MCCCCV).

Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indul-  
gentiarum et Sacrarum Reliquiarum:

Declaratur constare de martyrio eiusque causa  
Venerabilium Servarum Dei Teresiae a S. Augustino  
et sociarum eius in Gallia an. MDCXCIV, itemque  
de signis seu miraculis martyrum ipsum illustran-  
tibus. (Ex decr. d. XXIV mens. Iunii a. MCCCCV).

— Tertiarii Ordinis Carmelitarum in processionibus  
incedere possunt sub eadem cruce Ordinis primarii,  
data tamen praferentia fratribus primi Ordinis. (Ex  
decr. d. XXXI mens. Iun. a. MCCCCV).

— Privilegium S. Viae Crucis non cessat, si S. Via  
Crucis, quae in veteri Ecclesia delecta legitime

erecta exstabat, salva substantia, ast sine nova erectione in Ecclesiam reaedicatam transferatur. (Ex deer. d. vii mens. Iun. a. M DCCCC V).

**Ex Congregatione Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis praeposita:**

Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci, qui in regularibus ipsiusmet Ordinis provinciis apud Americam Latinam in sacro Praedicatione et Missionum exercitorumque spiritualium ministerio salubriter occupantur, ad quinquennium proximum conceditur: I. Ut in fine Missionum Crucem solemniter benedere valeant ac erigere cum Indulgentia Plenaria etiam defunctis applicabili in gratiam fidelium, qui eoram ipsa Crucis in die erectionis, in Anniversario aut Dominicis proxime insequenti, insuper in Festis Inventionis et Exaltationis eiusdem Sanctae Crucis vel Dominicis respective insequenti, iuxta consuetas intentiones oraverint, et Ecclesiam parochiale loci, ubi Crux erecta est, devote visitaverint; ac denique cum indulgentia partiali tercentorum dierum in eorumdem fidelium favore, qui ante praefatam Crucem septies Salutationem Angelicam, vel in honorem Vulnerum Domini quinques Orationes Dominicam et salutationem Angelicam pie recitaverint, defunctis item applicabili. — II. Ut fideles, qui ter saltem Concionibus Missionum ab iisdem religiosis habendarum interfuerint, et vere poenitentia et confessio ac Sacra Communione refecti parochiale loci Ecclesiam, ubi Missio habita est, devote visitaverint, ibique iuxta consuetas intentiones oraverint, Plenariam Indulgentiam pro defunctis pariter valitaram assequi possint; quam quidem extranei, etiam alibi, id est extra Paroeciam in qua missio habetur, Sacramentalem Confessionem et Communionem peragant, intra quindecim dies post expletam Missionem liceat promoveri. — III. Ut iudem Sacerdotes Ordinis Minorum tam publice quam privatim benedicere Cruces et Coronas ac Numismata ceteraque piae devotionis obiecta, eiusque Apostolicas aliasque de more Indulgencias applicare valeant. — IV. Ut laudati Religiosi Beneficitionem Apostolicam in fine concionum possint fidelii populo impertire, eamque sibi dum impertinent lucrari. — V. Ut denique ipsi Fratres benedicere etiam sub unica formula quatuor Scapularia neconon cetera possint ac fidelibus imponere, eosque in respectivam Confraternitatem aggregare, quin eorum nomina in Regesto describantur; facta insuper iisdem fidelibus potestate Scapularia sibi imponendi, dum Sacerdos consuetas preces persolvit; idque magni conurus tempore, uti Exercitorum ac Missionum neconon functionum praecipuarumque anni solemnitatum, quum in hisce casibus absolute impossible sit, sive ob deficientiam Sacerdotum tunc audiendis confessionibus laboribusque aliis intentorum, sive ob reliquas passim occurrentes difficultates, et iteratis fidelium votis ocurrere, atque iniunctas simul formalitates implere. (Ex deer. d. XXIII mens. Maii an. M DCCCC V).

— Indulgetur ut, ad quinquennium proximum, de consensu ordinarii RR. PP. Provinciales ordinis B. M. de Mercede, in America Latina, cum potestate idem privilegium cum eorum subditis comunicandi, ubi Ecclesiae seu publica oratoria desunt, uti possint privilegio altaris portatilis, servatis de iure servandis, et exclusa Missae celebrazione in privatorum commodum. Exoptat autem Pontifex ut iudem sacerdotes praedicatorum locorum fidelibus sacramenta administrent eosque Dei praeeptis et ad salutem necessariis erudiant. (Ex deer. d. XXIX mens. Aug. a. M DCCCC V).

**DIARIUM VATICANUM.**

(Die xxi mens. Nov. — d. xx mens. Dec. M DCCCC V).

**Coram SSmo admissiones.**

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos antistites, aliosque viros qui sui cuiusque muneras gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Philippus Laneolotti et Alexander Ruspoli, Urbani principes; Marinus Salutius de Co-

riliano comes; Adrianus David, Urbani Ruthenorum collegii rector; Ludovicus Pastor, historici Austrorum instituti, quod vocant, moderator; Gorgia doctor, novus Columbianae civitatis administer apud Apostolicam Sedem; De Norfolk dux; Philippus Crispolti, marchio; Thomas Kennedy, rector collegii nordicarum Americae in Urbe, alumnos suos coram adducens; Antici Mattei princeps Urbanus eiusque familia.

**Pontificiae electiones.**

— Ad « biretum » afferendum novis Patribus Cardinalibus in proximo consistorio edicendis delegantur: pro excellentissimo d. Iosepho Samassa Agriensi Hungarorum archiepiscopo, reverendissimus d. Franciscus Zapletal; pro excellentissimo d. Marcello Spinola y Maestre, archiepiscopo Hispanensi reverendissimus d. Henricus Sibilia, Matritensis apostolicae legationis auditor; comitantibus, alterum Stanislaum Muccioli comite, alterum Aloisio Antici Mattei marchione, ex Pontificia Nobilium Stipulatorum cohorte.

— Rr. dd. Raphael Riccio ac Titus Trocchi inter antistites pont. dom. adleguntur.

— In consistorio secreto d. xi mens. Dec. habito inter alios renuntiati sunt: Iulius Városy, archiepiscopus Colognensis et Bacsien.; Aloisius Bignani mediolanensis, archiepiscopus Syracusan.; Herculanus Marini, episcopus Nursin.; Franciscus Moretti Aretinus, episcopus Narren. et administrator dioec. Interamnen.; Ludovicus Balás Vaciensis, episcopus Rosnavien.; Iulius Zichy Albaeregallen., episcopus Quinque Ecclesiæ.; Adalbertus Mayer colocensis, episcopus Szathmarien.; Othocarus Proházka, strigoniensis, episcopus Albae Regalen.; Leo Mergel ex ord. S. Benedicti episcopus Eistetten. In consistorio publico autem d. XIV mens. Dec. habito renunciantur: Emmanuel Joseph Cayzedo y Cuero archiepiscopus Medellin.; Victorianus Guisasola y Menendez archiepiscopus Valentini.; Fridericus Gonzales y Suarez archiepiscopus Quiten.; Ioan. Ant. Ruan et Martin episcopus Illerden.; Iosephus M. Salvador y Barrera episcopus Matriten. et Compluten.; Iacobus Ozivedi y Udane, episcopus Tirasonen.; Ioan. Ant. de la Fuente, burgensis, episcopus Terulen.; Georgius Barlen episcopus de Caceres.

— Caietanus Bisleti, admissionum magister apud Pontificem, sacrae quoque Domus praepositus dicitur.

**ANNALES.**

**Russicarum rerum eversio.**

Russicae res, nescio quo fato, vertere in peius cotidie videntur. Cronstadtii mala exempla Sebastopoli in urbe sequuti sunt loricatae navis Ostchakoff milites, qui in rebellionem quoque tradere valuerunt terrestres copias, neque prius destiterunt quam vi coacti. Deinde epistolaram in diribitoris totius civitatis edicta ab operibus desertio; postea apud ferrivias; denique in officiis omnibus. Non heic damna enumerabimus oeconomiae Russorum rei inde procurata, neque facinora, caedes, incendia infandaque omnia patrata a Moscovia urbe ad Baltici litoris provincias; malumus Witte comitis animi constantiam commemorare, qui in dissermine tanto novas promovit leges quae novam civilem libertatis rationem explicarent item atque experirentur. Quamquam non est dubium quin, si res tristem viam, quam ingressae sunt, persequantur, futurum sit ut antiquam asperitatem renovare oportuerit.

**Turcarum remissio.**

Post multas ac diu tractas cunctationes, quumque Europaearum gentium classes, quibus Ripper, Austrorum triarchus praeerat, Miti-

lenen Tenedumque appulissent, Turcicum gubernium tandem ad eam sententiam accessit, ut exteris legatos admitteret, qui pecuniarum rem in Macedonia recognoscant. Quae nunc manent de re difficultates, eae tam leves sunt, ut facile componi possint.



**Mauritanæ res.**

Dum Idus Decembres appropinquant iamque in eo sunt exteri legati ut ad Algesiras urbem proficiscantur, Mauritanorum rex orat ut tempus ad Europæarum nationum conventum habendum de illius imperii rebus, protrahatur; interim Hispania declarat se malle ut Matriti potius conventus ipse congregetur; qui idecirco rursus in dies differtur.

**PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.**

In Anglia novi administrati creati, quibus H. Campbell Bannermann praest.

In Austria rogatio legis de iure suffragii omnibus concedendo oblata.

In Civitatibus Foederatis nordicæ Americae coetus legatorum sessiones inaugurate Roosevelti litteris, quae indiciis arbitralis usum in controversiis inter nationes invocant, classem sua civitatis augendam praenuntiant, atque actionem declarant ad bonum rerum publicarum Americae meridionalis evadendum.

In Gallia senatus legem de civili ab ecclesiastica re sciungenda ratam habet.

In Germania foederatarum civitatum coetus rotatione legis probat ad classem Germanorum augendam. — Regalis oratio queritur conatus ad pacem servandam recte factos a nonnullis populis detorqueri; Bulowius autem cancellarius vehementius Germanicae rei publicae rationem defendit.

In Graecia Ralli doctor gubernii regimen Theotokis cessit.

In Hispania ob Catalaunienses tumultus Montero Rios, administratorum praeses, a munere se abdicavit; ei suffectus est Moret doctor, dum ad exteris res moderandas Almodovar deligitur.

In Italia a legatorum coetu « modo vivendi » cum Hispania circa vina importanda reiecto, collegium administratorum ab officio recessit. Alexandre Fortis eorum praesidi novos colligendi munus iterum commisum.

In Montis Nigri principatu publicus legatorum coetus primum congregatus, qui una cum Nicolao principe iusurandum praestitare. Cazar Minskovich administris praefectus.

In Norvegia Carolus, novus rex, iusurandum eorum legatorum coetu de more emisit seque professus est pro viribus adlaboraturum ut bonum civitatis promoveat.

In Rumenia regis oratione, in qua spes ferebatur brevi fore ut antiqua cum Graecis consuetudo iterum componatur, coetus sessiones resumptae.

**PER ORBEM.**

Mens. Novembr. d. XXV Manchesterii ac Saltorfii in urbibus eiusque finibus ad septem millia passuum, pariterque in Italia meridionali, terra late contremitt, hominum tamen vitae parens.

— d. XXVI Bareinone ac passim in Catalaunia novae seditiones oriuntur « separatistarum », quos vulgo nuncupant, quas vi oportet coercere.

Mens. Decembr. d. I ad dilueulum quaestio de crimine in Loubetium, Gallicae civitatis

praesidem, et Alfо Lutetiae Parisiorum facti fuerant omnes.

— E Bonaërens nunciatur, in quo troleum continentali Damna ad decies ultra computantur. nera patiuntur.

— d. II Georgii Ameriae incolae in quem uti defendant viginti quinque facti.

— d. V Londini ring Cross maxima ficitur, præcipitat, tificies tum proximas ras produens tum.

— d. IX Ruthenius doviens Eugenius I Vabren. episcopus erat in oppido Aiz dioec., d. XIII mens.

— d. X Andegav opere magno cum tundit quod socii eorum du.

— Stocolmae præ singulos annos consti arte Roberto Koch physice doctori Len mice Monacensi doc teris Henrico Sien inter gentes excitata.

— Carraceae in na quod ad proximas n iaculatorias duas fl.

— d. XII nunciatur ditio, cui Hansen du et ultra inter King W Land invenisse atque.

— d. XIII aeris mo vastat.

— d. XVII Lucae eannabim elaboranda ad vices centena mi quadrangenti artifices.

— In navalibus artifices quatuordecimnis perficiebant, ob excitatum misere v.

— d. XX Lutetiae diem Saunier imp militiarum præfectu

**LIBRI RECENTES.**

Sacra Poesis, seu Carn Fraeta Maiori Urbe auctore CARMELO Prio Apostolico. — Aucta edita et inedita ab eius sae exudebat Francia.

Magnæ sane molis libri Pezzullus, cuius operis ei præieverunt libelli pl. identidem edidit, quasi philii prænuntias. Nec eis memoriam exciderunt carmina, alterum de du translatione, alterum de titulo civitatis in Mam

sent, Turcicum gubernentiam accessit, et, qui pecuniarium oscant. Quae nunc eae tam leves sunt,

ropinquant iamque ad Algesiras urbem m rex orat ut tempum conventum habebus, protrahatur; se malle ut Matriti regetur; qui idcirco

## EM COETUS ENDIS.

eat, quibus H. Campure suffragii omnibus s nordicae Ameri naugratae Roosevelt usum in controversiis m suae civitatis au tensionem declarant ad ricae meridionalis ea civili ab ecclesiastica

civitatum coetus ro em Germanorum au tur conatus ad pacem is populis detorqueri; ementius Germanicae

bernii regimen Theo ses tumultus Montero munere se abdicavit; dum ad exterias res ur.

modo vivendi » cum la reiecto, collegium sit. Alexandro Fortis i munus iterum com

u publicus legatorum ai una cum Nicolao e. Cazar Minskovich

us rex, iusurandum re emisit seque proturum ut bonum ci

in qua spes ferebatur is consuetudo iterum com sumptae.

## EM.

nchesterii ac Sal nibus ad septem in Italia meridio num tamen vitae

sim in Catalonia separatistarum », oportet coercere. luculum quaestio Gallicae civitatis

praesidem, et Alfonsum, Hispanorum regem, Lutetiae Parisiorum tentato, absolvitur. Qui rei facti fuerant omnes absolvuntur.

— E Bonaërensi urbe immane incendium nunciatur, in quo centum millia capsarum petroleum continentium flammis voratae sunt. Damna ad decies centena millia libellarum et ultra computantur. Urbani vigiles viginti vulnera patiuntur.

— d. ii Georgii in urbe semptemtrionalis Americae incolae in gubernatorem insurgunt, quem ut defendant milites arma adhibent: viginti quinque factiosorum hominum necantur.

— d. v Londini in ferriviarum statione Charing Cross maxima vitrei tecti pars, dum reficitur, praecipitat, in ruinam trahens tum artifices tum proximum theatrum, aliasque iacturas producens tum rerum tum hominum.

— d. ix Ruthenis cursum vitae absolvit Ludovicus Eugenius Francqueville, Ruthenen. et Vabren. episcopus ab an. MDCCXCIX. Natus erat in oppido Aizecourt le Haut, Ambianen. dioec., d. XIII mens. Febr. an. MDCCXLV.

— d. x Andegavi fodinarum effossores ex opere magno eum tumultu et incendiis recedunt, quod socii eorum duo dimissi ab officinis fuerint.

— Stocolmae praemia a Nobel doctore in singulos annos constituta tribuuntur, pro medica arte Roberto Koch doctori Germanico; pro physice doctori Lenard ex urbe Kiel; pro chymice Monacensi doctori Von Baeyer; pro literis Henrico Sienkiewicz Polono; pro pace inter gentes excitata Bertae Suttner dynastae.

— Carraeae in navalibus oritur incendium, quod ad proximas naves producitur, earumque iaculae duas flammis absumit.

— d. XII nunciatur borealis Danorum expeditio, cui Hansen dux praeest, insulas centum et ultra inter King William Land et Victoriam Land invenisset atque explorasse.

— d. XIII aeris motus Thunisedensia litora vastat.

— d. XVII Lucae officina ad lanam atque cannabim elaborandam igne conficitur. Damna ad vices centena millia libellarum dictitant; quadrungenti artifices ad incitas rediguntur.

— In navalibus Homecur, Gallici oppidi, artifices quatuordecim, qui chalybem in furmis perficiebant, ob oxydum carbonii repente excitatum misere vitam amittunt.

— d. XX Lutetiae Parisiorum supremum obit diem Saunier imperator, olim in ipsa urbe militiarum praefectus.

## LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

Sacra Poesis, seu Carmina in sanctorum laudes, qui Fracta Maiori Urbe aedibus Deo dicatis coluntur, auctore CARMELO PEZZULLO Praelato Protonotario Apostolico. — Accedunt varia latina et italica edita et inedita ab eiusdem auctoris calamo. Aversae excudebat Franciseus Fabozzi anno MCMIII.

Magnae sane molis librum dedit v. e. Carmelus Pezzulli, cuius operis erat maxima expectatio, quod ei praeiverunt libelli plures, quos aureus hic vates identidem edidit, quasi ad velitationes futuri triumphi praenuntias. Nec certe commentarii nostri lectoribus memoria exciderunt celeberrima duo Pezzulli carmina, alterum de duplice sacri corporis Duci Sosii translatione, alterum de B. M. Virginis imagine sub titulo civitatis in Mamurrae oppido, eius utriusque

carminis recensio legitur in ipso commentario *Vox Urbis* an. IV, n. XX et an. V, n. VIII.

Evidem ut oblatus est oculus rerum index, quas facilimus hic vates poetico tractavit numero, constitue summa, non versuum, sed carminum cccc, subiit in mentem illud Flacei de Lucilio:

— In hora saepe ducentos,  
Ut magnum, versus dictabat, stans pede in uno.

Primae libri paginae referunt iudicia quaedam in laudem auctoris. Verum quid egemus alienis iudiciis ac testimonis? Iudicium de Pezzullo verissimum legas sub eius effigie, quae nitet in pag. II, subiectis his versibus:

Haec eius facies: fuerit quod mentis acumen,  
Quae cordis pietas, te sua scripta docent.

Pro tot tantisque in christianam rempublicam et litteras meritis, ecquid erit pretii? Licet enim eisdem prope versibus affari Pezzullum, quibus ipsum adfatur amicus eius quidam, H. Parentius, cuius iudicium ab auctore refertur pag. XVI:

Quae tibi danda forent pro tantis praemia musis?  
Addita gemma mitrae non foret aequa tuae.

Sacrae poesis auctori nos etiam magnopere gratulantes, eidem omniamur, ut horatianam hederam, doctarum praemia frontium nemo ipsi invideat, nemo lividus audeat ipsi detrahare

Haerentem capitum multa cum laude coronam.

PETRUS ANGELINI.

PROF. GUSTAVO BORALEVI. Esercizi di stile latino ad uso delle classi liceali. (Labrone ed. Raphael Giusti, 1906. — Ven. lib. 1,40).

R. LANCIANI. La destruction de Rome antique. Traduit de l'Anglais par le R. P. Dom. A. L'Huillier, Bénédictin. (Romae edid. Desclée, De Brouwer et S., 1905. — Ven. lib. 3,50).

## FABULIS IOANNIS LA FONTAINE LATINE VERSIS TRIBUTAE LAUDES.

Nondum sane e lectorum nostrorum memoria exciderunt Fabulae selectae Ioannis La Fontaine, quae, a Francisco Xav. Reuss latine conversae, primum in hoc editae sunt Commentario, moxque in iustum volumen compactae, iterum in lucem prodierunt. Hunc librum, cultoribus latini sermonis non ingratum neque, ut putamus, discentibus inutili, vari in Italia, in Gallia, in Germania, in Anglia laudaverunt Commentarii, sive diurni sive menstrui; plures item viri eloqui latini scientissimi, quos inter nonnulli infusa episcopali vel purpura romana insignes. Quin et ipse Pontifex Maximus Pius X, cui liber fuerat oblatus, eundem acceptum habuit: quod quidem, pro sua benignitate, hac significatum voluit epistola:

« Observandissimo Patri, Francisco Xaverio Reuss, Sac. e Congregatione SS. Redemptoris.

Observandissime Pater,

Tuam in latinis condendis versibus, non mediocrem sane, sollertia cum alia tua scripta ostenderant, tum vero carmina, quae latine verteras, Alphonsi, legiferi Patris tui. Eadem agnoscere nuper in eo lieuit volumine, quo selectas Ioannis La Fontaine fabulas, a te similiter conversas, edisti: in quo quidem videbis fere cum lepidissimo auctore certare perquam feliciter. Quare et libenter id volumen Pontifici Maximo tuis verbis reddidi, et libentissime te nunc certiore facio, quemadmodum ea res successerit. Nam, ubi intellexit me aliquid abs te de arte ingenioque tuo afferre muneris, magnopere hoe sibi gratum dixit, siquidem alias id genus lucubrationes tuas nosset valde probables: sumptoque in manus libro, unam et alteram fabellam, me praesente, legit manifesta cum oblectatione animi et approbatione. Itaque scias, id quod significari per me voluit, ipsum tibi gratias ob munus egisse, atque Apostolicam benedictionem, quae tibi, studia haec non sine honestamento sacri ordinis colenti, divinam conciliet opem, impetrivisse. Ego autem hoc de te opinionis et voluntatis testi-

monio Beatissimi Patris gratulor, simulque studium observantiamque omnem tibi meam profiteor.

Addictissimus tibi

AURELIUS GALLI

SSMI D. N. PII PP. X ab epist. lat.

Dabam ex aedibus Vaticanis, cal. dec. a. MDCCCCV.

*Fabulae selectae IOANNIS LA FONTAINE* latine conversae a FRANCISCO XAV. REUSS ven. apud *Vox Urbis* administratorem lib. 1,25, praeter diribitorii impensis, quae sunt in Italia lib. 0,10; extra Italiam lib. 0,25.

## AENIGMATA.

### I.

Totum sume, canit; truncato vertice, pollet;  
Caudam deme, orbat; viscera tolle, parat.

### II.

Altera pars numerus. Protinus discede, viator,  
Hic patet atra prior; nam quidquid constat utraque  
Est nocuum (tellus, lympha, aer) pestiferumque.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

MARCI MINUCII FELICIS  
OCTAVIUS

ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATUS.

Aenigmata an. VIII, n. X proposita his respondent:

1) T - aurum. 2) Caper; Aper.

Ea rite soluta miserunt:

Collegium Scholarum Piarum *Stettae*. — St. Krapowski, *Mo scovia* — Reni par., *Davenportu*. — Petrus Tergestinus. — Alois. Cappelli, *Senis*. — G. Lamental, *Parisii*. — Am. Robert, *Marieville in Canada*. — I. Guerra, *Aetlio*. — Vinc. Starace, *Neapoli*. — E. Burg, *Argentorato*. — C. Stegmüller, *Sabaria*. — D. Le Provost, *Briocen*. — I. Ortiz, *Morelia*. — Ric. Brondel, *Brugis*. — Senior Astensis. — Ant. Tafani, *Flo rentia*. — Ed. F. Curran, *Terranova*.

Sortitus est praemium

ANTONIUS TAFANI,

ad quem missa est I. B. FRANCESIA comoedia latinis versibus scripta, cui titulus:

SATURIO.

## EPISTOLARUM COMMERCII.

Cl. v. FR... PRI... Tyn. — Non est eur nobis succenseas si quae per telegrammata « officialia » (ut vulgo nuncupant) notifia vulgantur, eas, annales confientes, referimus. Non enim donum habemus ubique adesse terrarum atque ita falsis secernere! Ceterum ipse in litteris tuis confiteris « Céchorum aliquos » perturbationis causam extare... Quod si gentem tuam, quam nos omnibus virtutibus praeditam non modo cognoscimus, sed etiam magni facimus, coram ceteris gentibus defendere cupias, ac rerum statum palam atque aperte significare, eni in tibi patent *Vox Urbis* paginae, quarum lectionem in posterum te prosequuturum confidimus.

Cl. v. RUD... Nowo... Leopoli, — Carmina accepimus; non tamen edidimus, quum praesertim *Flos et Flosculus*, ac potiori iure *Immaculata*, ultra opportunitum tempus ad nos pervenerunt. De *Netuno* suo tempore videbimus. Neque te celamus scripta soluta oratione a nobis praeferi.

Cl. v. FR... PAL... Prostojovi. — Num aenigmatum flamen concidit?

Ad proximum numerum:

## ZENO

Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli, quam passim retractavit, hodiernisque scenis aptavit I. F.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Pacis*, Phil. Cuggiani.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS  
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCVI.

Premium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80;  
ubique extra Italianam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5;  
March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mitten-  
dum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM  
COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM  
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA:

**Cuique ex subnotatoribus** tum in Italia, tum apud exteris  
gentes, qui ante expletum Fe-  
bruarium mensem premium uti supra mittat, facultas erit retinendi decimam  
partem ipsius pretii.

**Qui socios novos comparaverit duos** premiumque eorum  
misericordia, subnotationem gratis omnino sibi habebit.

**Qui triginta socios novos comparaverit** ante Iulium  
mensem – bibliopolis exceptis – dimidiatum premium itineris habebit a quovis Europae  
loco ubi vivat Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti  
vocant, ferriveharum classi usus.

**Qui sexaginta socios novos comparaverit** uti supra,  
eodem iti-  
nere gratis omnino fruetur.